debemus. **P**rimi quinq ps. quinq corporis
sensus. per quos peccamus significat et ido
in aliquo iplos non dicitur. **G**loria patri. q
illa peccata. que per quinq sensus corporis
omittuntur nobis. no deo imputare debemus.
Sed dicit post illos. **R**equiem eternam. qm

in illis pdefunctis oramus. ac si quis dicat
Oramus dñe ne p peccatis illis q omittuntur
tur corporis sensibus vita negetur eterna. sed
pet dei misericordiaz requies ocedat eterna.
In sequentibus. xv. ps. nobis et nris pximis
et congregacibus et prelatis dei misericordia
imploremus et gloria parti subiugimus. q
q a cathena peccatoru absolui. q te deum
toto corde perqrimus q tuum decalogu ob
nuamus. non nobis dñe non nob h nomini
tuo gloriam exhibemus. **R**ursus numerus
x. ex septenario et ternario constat. **T**ernarius
ad precepta pme tabule que ad deu spectat
Septenarius vero ad precepta scde tabule
que ad pximum spectat refertur. ac si dicat
q decalogus obnuatur p deum est. **V**erbi
culi etiam in singulis dicuntur horis. **L**egit
in libro nui. q dum archa dñi que ecclesiaz
figurabat in tabernaculo reponerat dicebat
moyles. **R**euertere dñe ad multitudinem filioz
israhel. **S**ane reuersio dñi ad israhel. nichil
aliud est q vt reuti faceret israhel ex toto cor
de ad se. **D**eus em cui omne tempus presens
est. no habet ad qd reuertat. et intelligitur
reuertere. i. fac nos referri ad te. **I**ntra illum
ergo mores versiculi dicuntur. vt si forte men
tes nostre cogitando vana. pre nimio psal
moz ope deuiauerit. audito versu ouertatur
ad orientem. i. ad xpm qui est noster oriens.
Ieu ad matrem fm versus significacem. qui
ab ipsa reuersione nomen traxit. **N**am dicit
a verbo veris. et inde est q dum versus di
ad orientem siue ad altare nos reuertit. **R**e. te
ergo versus qui significat fructu boni opis
salta et acuta voce dicitur. ad excitandum pi
gros qui in laudando deum et in intelligendo
diuina torpent vt reuertamur ad eo. vt vii
eo audito ois cogitatio. que forte videndo
temporalia foras exiit. reducat in nos.
Rursus versus nocturnalis significat. qui a
ab officio psalmoz. siue a labore. tunc vero
reuertimur ad essentia lectiorum. siue ad qui
etem. vt qui psallendo stabat nuc ad lectioz
sedeat. **V**nde versus dicit a vertedo. **D**e hoc
dictum est in. iiii. pte sub titulo de gradualis
Et nota q in quibusdam ecclesijs in die
dominica post pmam nocturnaz dicitur iste
versus. **M**emor fui nocte nois tui domine.
Post scdam dicit. **M**edia nocte surgeba. **P**ost
tertiam exaltare domine. **P**rimus liquidu

versus scz Memor fui etc ad quid ecclesia de
 lecto suo surrexit ondit. Quo vo tpe surgen-
 dum sit notat scz Media nocte etc Et ad
 quid surgendum sit ondit quod sequitur ad
 ostendendum nomini tuo **V**erum quida vo-
 lentes mentiri q non surgunt in media nocte
 locohuius versus ponunt illum **Q**uoniam
 tu illuminas lucerum meam dñe **Q**uoniam
 media nocte surgendum sit ondit dauid dicens
 Media nocte etc et alibi **P**reueni in maturi-
 tate et clamavi quod idem est **N**am in matu-
 ritate unica est dicitio **V**nde et quidam libri
 habent in maturitate et sonat in maturitate
 quasi tempus non aptum op **A**lia tñ litera
 hz preueni in tempestate nocte q tempeluz
 apud antiquos idem erat q oporturum a
 tempore vel a tempestate vocabulo ducto
Vnde in antiquis historijs sepe ita legitur
Hoc factuz est in illa tempestate in illo tpe
Vnde intempestinum vel intempetiu auunt
 tempus inoportunum in nocturnis actiōibz
 non oportunum **T**ertius autem versus scz
Exaltae dñe etc manifeste ptinet ad noctes
 in quo saluator noster sm humanitatez fuit
 exaltatus **Q**uidam tñ dicunt tunc ego dixi
 domine miserer mei q ad glonam que data
 est tempore noctes non peruenit nisi per re-
 missionem peccator **S**ed queritur quare
 versiculi in nocturnis ante lectiōes dicuntur
 in alijs vero horis post scz post capitula re-
 spondeo in nocturnalibus lectiōibus ppter
 eaz numerositatem et magnitudinem sedere
 solemus **N**e igitur ppter longam sessionem
 aut ppter lassitudinem siue ocium obliuiscamur
 doctrine dñi quam lectiōes significant
 cogitando forte inania aut dormiendo vel
 fabulando ideo versu precedete ad audien-
 das lectiōes incitatur **I**n alijs vero horis
 quia nec tot nec tante sunt lectiōes non est
 necesse sedere nec versiculos premiti **V**el
 ideo in alijs horis versus post lectiōes di-
 cuntur ad notandum q ppter interualla hora-
 rum doctrina dñi non negligit **C**ursus
 versus sepe a pueris cantatur ad notandum
 finitium nostrum cum innocētia prestitum
 domino fore gratum **D**e versiculis qui in
 laudibus seu i vespis dicuntur sub illis locis
 dicitur et vide q versus debet notare aut
 statum tempis aut officij **S**tatum temporis
 notat versus prime scz **E**xurge dñe adiuua

nos vbi cum dicitur **E**xurge initium opere
 Similiter in versu tertie adiutor esto meus
 domine ne derelin me **C**um dicitur ne dere-
 linquas me notatur status purgne simili
 in versiculo sexte scz **D**ominus regit me et
 nihil mihi dederit lo pa ibi me collo signi-
 ficatur status perfectus et pfectiōis **I**n ver-
 siculo none scz ab occultis meis munda me
 dñe et ab al p s t status significatur frigel-
 centis dilectiōis **S**tatum q tempis innunt
 versiculi q in passione et resurrectione can-
 tantur **S**ed vsus vespinalis officij statum
 officij insinuant et vespina oratio etc **E**t
 dirigatur oratio etc **E**x quibus verbis coll'i-
 gitur q vespina oratio accitatur **P**ost ver-
 lum sequitur oratio dñica et post eaz preces
De quibus dicit sub nocturnis **L**ectiōes
 q in singulis horis tam nocturnis q dur-
 nis dicuntur et dicitur lectio q non cantat
 ut psalmus vel imnus s legitur in **I**llic em
 modulatio hic sola pnuiciatio querit **H**ic
 dem lectiōes nocturnales sunt doctrina nra
 q p eas docemur opa nostra retorquere ad
 deum obtrahere ergo vices lectiōum quas
 doctores faciunt ad ignaros **P**er eas quoq
 sanctorum opera imitatur et eaz memori-
 one ad dei laudem op unquam **E**t ideo ut pre-
 missum est sedendo et in silentio audiuntur
Lecturus autem lectiōem ad libru accedens
 sup gradu ascendit q doctor perfectiori vita
 vulgos transcendere dz **E**t a p s bitero vel
 epō bñdictionem tanquaz legendi licentiaz
 postulant dicens **I**nbe domine benedicere
 per quod principatus ecclie q nullus nisi
 a maiore iuss debet in ecclia legere designat
Et dicit dompne et non dñe q solus deus
 vere dñs est hinc est q f l b i c seu episcopus
 non a se benedictiōem largitur s discrete a
 deo postulat illam danti dicens **B**ñdictionem
 ppetuaz tribuat nobis etc **I**n fine vero dicit
Tu aut dñe mis etc quia tunc smonez ad
 deum dirigit qui vere dñs est **R**ursus idō
 in principio imperfecte et sincopato vocabulo
 pronunciat q tunc ad imperfectum viz ad
 hoīem sermonem dirigit **I**n illud pphete
Imperfectum meum videret oculi tui quod
 etiam mōchi dixer observant dicentes **D**ñs
 abbas **H**ac quoq consideracōe famuli dñi
 seruites alter genu im scz sinistru flectere
 debent per quam partez corporalis huius

significatur. que tñ hoibus & non spua libe
deberur. h in ecclia vtz genu flectendū est
non aliter tñ ne iudeis assum ilemūt. **N**az &
xpo omne genu flectet. ad philipp. y. c. **S**a
lomon quidam p populo orās vtrumq; ge
nu in terram figebat. & manus ad celum
expandebat. put legitur tertio. **R**. c. viij.
eadem etiam ratione non est acclinandū pñ
cipi seclari fatie recta sine secrete sibi loqñdo
sine auscultado. h dumtaxat ab aure sinistra
capite flexo. **I**n fine vero pfecte & oplete p
nunciat. qñ ad perfectum & perfecto vocabu
lo dignam viz ad deū dirigit hñdēm. **P**orro
episcopo volēti legere & dicēti. **I**nbe domine
benedicere. nullus minor benedicere debet.
Vnde in quibusdā ecclis nihil ei respondet.
In alijs vero respōdet vnus presbiter. **O**ra
p nobis pie pñ ad dñm. **E**t tunc episcopus
dicit magnificate dñm in cum. **T**unc em ep̄s
debet perfecte pñciare. **I**nbe dñe. quoniam
ad deum qui pfectus est hñones dirigere in
telligitur. **I**n nōnullis vero ecclis episcopo
legere volente sacerdos dicit. **I**nbe domine
benedicere. & ipse ep̄s dicta benedictiōe legi
t. **S**um em legere lectiōem non sit sacerdotis
vel episcopi officium. sed lectōis. si nullus
alius ep̄s vel sacerdos assit. potest alius infe
rioris ordinis tanq; lecturus in psona ecclie
dicere inbe domine benedicere. **E**t ipse sacer
dos vel episcopus lecturus in psona cristi
ei reddit benedictiōem vel legat ab ip̄. **I**nbe
dñe benedicere. **I**n quibusdā ecclis ipse ep̄s
dicit. inbe dñe & minor em volūtarie in hoc
se ex humilitate subicit benedicit. **L**ectiōe fi
nita dicit lector. **T**u autē tē quod neg delecti
ōne est neq; ei otinatur. **H**illem ad deum ser
monem dirigens se excusat quasi dicat. **D**ñe
peccati legendo. **F**orsan modulate pñciās
cupidine laudis humane vel captando ven
tu in humani fauoris. & audientes similiter
forte peccauerit vanis cogitacōibus inten
dentes vel a lectiōe auditum auertētes aut
pñ tu domine miserere nostri. **Q**uod vero
respondetur a cunctis deo grās. non ad tu
sorem sed ad lectiōez referitur. **E**st em vox
ecclie deo grās exoluens. ac si dicat. **D**e
pauit nos verbis salutis que sunt abus aie
& p huius beneficio. **D**eo gratias supple ex
olumus. **R**ursus pluralitas lectiōnū plu
ralitatem significat predicatorū. qui sunt tpe

gratie. sicut & paucitas in pfectis raritatem
significat tēpore legis. **S**ed & vicissitudies
lectorū sunt successiones legatorū. qui dum
Inbe dñe benedicere dicunt. licentiam profi
ciscendi petunt & dum eis benedicit licentia
datur. in quo innuitur q; nullus predicare
debeat nisi missus. **Q**uomodo em pñciāt
nisi mittant. **I**psa enim lectiō est inuēte lega
tōnis executio. **T**u autem dñe legati reuēsiō
ubi in eo q; misericordia imploatur inuēit
ipsum legacōis vel predicatoris officium nō
sine alicuius vel leuis culpe puluere peragi
posse. **V**nde augustinus. **V**erbū predicatoris
securius auditur q; dicatur. predicator enim
per terram ambulat & difficile est ei q; qui per
terram ambulat pedes nullo puluere sordidē
& predicatorē cum se bene predicare senserit
nullū spiritu elatiōis erigi. **E**t attende
q; sicut in ecclia duo sunt ordines. sapientes
& insipientes. sic due sunt lectiōnū maneries.
In illis em lectiōibus que ad missas legunt
sapientes instruitur. in his vero q; in nocte
dicuntur insipientes erudiuntur. **V**nde & ex
ponitur. **E**t nota q; terminantur lectiōes
quatuor modis. **P**rimo generaliter p tu autē
Scdo in aduēti & in natiuitate. & in ephē
lectiōes de p̄sāia finiuntur per hec dicit dñs
ouertimiri ad me tē. **Q**ui in natiuitate hoc
dicunt mouent ex isto capitulo p̄sāie qd tunc
legitur. **P**rimo tempore alleuiata est. ubi di
t in omnibus his nō est auersus furor me
& populus meus non est ouersus. **E**t deo
ecclia hortatur in psona xpi populē pec
catorē. ut ouertatur. **D**oc idem etiā fit p̄
eandem causam. **I**n quibusdā ecclis qñ
legit de hieremia ex p̄briante duritia. p̄cōz
qui per penitētiā non ouertuntur. **T**ertio
modo lectiōes que leguntur t̄ triduo. añ pascha.
de eternis. **I**eremie finiuntur per ierusalem
ierusalem ouertere tē. put ibi dicit. **Q**uāto
lectiōes p defunctis finiuntur simplici sine
altero premissoz. **I**n quibusdā tñ ecclis
finiunt per beati mortui qui in dño moriunt
quod sumitur ex sine cuiusdam sermo nis q;
aug. de mortuis opilaui. **D**oc etiā nota
q; in tertia nocturna legunt euangelium &
omelia euāgelij eiusde die. q; tertia noctur
na designat tempus gratie in quo e uāgelij
recitatum est. & in quo euāgelica predicator
celebratur. put in titulo d̄ nocturnis dicitur

Non est etiam omittendum quod antiquis
temporibus eliminatis heresibus que veritates
unitatis impugnabant sancti patres ad hoc
ut sacra unitas magis nota esset ordinaverunt
quod nona lectio semper de unitate legeretur. et
nonum versorium sicut de eodem cantaretur et
quod etiam in prima feria missa de trinitate dice-
retur. quo diutius obviato et trinitate cunctis
innotescere ecclesia lectorum de trinitate
omisit. Sed responsum de trinitate et etiam
alleluia in missa in dominicis diebus. vel propter
solitum usum vel propter dulcem cantilenam.
in plerisque locis retinuit et ita nunc in prope
venerunt responsum. quod lectioni precedenti
non respondet. **D**urum vero lectiones a quibusdam
eo quod breves sunt lectiuncule nunc
partem a pluribus vero capitula eo quod ut plu-
rimum de capitibus epistolari illorum dierum
quibus dicuntur sumuntur. Nec si quidem
post psalmos et antiphonas in singulis horis dicitur.
puta statutum est in oratio agathan que
modus ab eldra sumptus est ut premissum
est. Et significant capitula doctrinam. Ne enim
propter psalmodiam audientium animi se
fastidius igerat sicut iudeis que manna fastidie-
bant. propter quod deus misit in eos serpentes
ignitos. que eos interficiebant. ideo pretermittitur
capitulum id est brevis lectio. sumpta a novo
vel veteri testamento provocans ad denotaciones
que fastidio contraria est et exhortans ad per-
severantiam in bono. Juxta illud. Dormiamus
vos ne in vacuum gratias dei recipatis. In
nocturnis autem copiosius que diurno officio
lectionibus vocamus que tunc eis aures libentius
accommodamus. Et dicuntur huiusmodi capitula
sive exhortaciones in plerisque ecclesiis per
pastores ad domesticos et scietes. quia sicut
ligna lignis addicimus. Ut ignis magis
ardeat. ita ignis domesticorum cordibus
ignita pastorum verba addicuntur. ut ma-
gis igniantur. Leguntur etiam hęc lectiones
sine. Jube domine et absque benedictione. que in
ut plurimum episcopi aut sacerdotes qui vice christi
gerunt et quorum officium tanquam maiorum
est excitare pigros illa legunt cuius proprium est
licet etiam a benedictionem dare et non petere.
Nocturnales vero lectiones a minoribus le-
guntur ideo a superioribus licet et benedictioes
petunt. In his etiam diurnis lectionibus non

dicitur in fine. Tu autem sicut fit in nocturnis
nalibus. quia sacerdos debet esse perfectus et qui
diabolicis suggestionibus de facili non succu-
bat. et quod in brevi sermone et inter familiares
vix est quin ventus humani favoris capere
prout quod fit in nocturnis lectionibus ut
premissum est. videtur tamen deo gratias. propter
causas in nocturnis lectionibus et aliter in
Ad hoc in capitulis horarum officia dividentes
per precedentia labores per sequentia premitum
significamus. Ideo que precedentia consistunt
in psalmis sequentia tamen in imnis et canticis.
No tandum vero est quod pulcherrimus mos in
ecclesia inolevit. ut quater in die et quater in
nocte per singulas diurne vel nocturne psal-
modie horas lectio una sive capitulum de
veteri sive novo testamento dicatur. Quod etiam
tamen ecclesia non dicitur capitulum in prima
nec in opletorio. Sed quia in hoc lectiones
nre non erunt octo sicut erant in. Eldram in
ve. test. prout premissum est. ideo ecclesia ille
post primam legunt in capitulo lectio in
prima pretermittitur. Dicit enim aliquis. Jube
domine benedicere et sacerdos benedicens. videtur
regularibus discipulis. et que secuntur. Et
ante opletorium legunt pretermittenda in
opletorio scilicet Fratres estote sobrii. et. Vel
legunt de dialogo. vel hedi. De hoc sub-
tit. de prima dicitur. **Q**ueritur autem que
in nocturnis sive in diurnis lectionibus
non pronuntiat autor eorum. prout fit in his
que in missa leguntur. Rndeo huiusmodi pro semper
lectionibus et divinis obsequiis insistant. et
sunt ministri a domesticis ecclesie. eorum autorem
episcopis lectoribus agnoscunt. quia igitur
illi nocturnis lectionibus assunt officio
non est necesse nomen auctoris exprimi lectionis.
In missa vero ideo exprimitur quia ibi con-
veniunt bubala. operarii. et agricole. ut si-
quis eorum forte pro eo quod raro talia audit. in
cognitas huiusmodi historias. audiat eorum auctores qui
forte non est ei innotuit. ut ex illius auctoritate
firmius infigantur verba lectionis. **I**n
quibusdam tamen nocturnis lectionibus
quibus auctor eorum exprimitur. puta in sermone
et omelias greg. et aug. et aliorum. de quibus in pro-
hemio septime partis dicitur. **P**orro in co-
nilio magicien in burcardo li. viij. c. Laycus
statutum est ut laycus in ecclesia non recitet
lectiones. nec alleluia dicat. nisi post tantum

et responsoria sine alleluia. **R**esponsoria q̄ post
lectiones subiūtur. cum enim per lectiones
doctrina. per responsoria vero bona opa sig
nificant. rite post lectiones r̄sonia subiūtur
q̄ per bona opa doctrine respōdere debem⁹
nec cum seruo pigro qui pecuniam domini
sua abscondit in tenebras exteriores mittam⁹.
Dicitur namq; respōsorium q̄ lectioni r̄ndere
sonare debet. ut si forte lectiones sint de
actibus apostolorū. r̄sonia sint simpliciter de
eodem. Vnde nonnum respōsorium r̄ pōdere
solet none lectioni que olim erat de trinitate
put iam dictum est. Hoc enī fallit in r̄sonijs
de hystorijs. que post euāgelium in noctur
nis cantantur. que euāgelicis lectionibus nō
respondent. De hoc enī dictum est in quāta
parte sub titulo de graduali. Dicitur quoq;
respōsorium q̄ vni cantanti ceteri concorditer
respondent. Juxta illud apostoli. **C**orinth. a.
Et idipm omnes dicamus et nō sint in nob
scismata. Cantant em̄ vnus scz x̄ps et petrus
et ceteri eum secuti sunt. Vel quia choro il
lud cantati versus respondet ab vno. Ido
rus dicit q̄ italici responsoria tradiderūt. que
inde responsorios cantus vocant. q̄ alio desi
nente id aliter respōdeat. **P**ro responsoria
nocturnalibus spūalibus canticis compantur.
Dicunt em̄ cantica q̄ cantant. Sūt spūalia
q̄ ex iubilatione spūalis mentis procedunt.
Cantantur vero ut recitacōne lectionum ad
supne patrie deentem. mentem nr̄am incitēt
subleuari. quod etiam inuariat. gloria patri
quod in vno quoq; respōsorio canitur. Ceteri
respōsorium ab vno incipit et ab alijs con
tinatur. per q̄ fratris ad fratres exhortatio
ad fruendum deo intelligit. Per versus vō
respōsorij qui totus ab vno canitur singu
lari ad deum deprecatio denotatur. Adhuc
respōsorium cantando. quasi p̄ tubam vo
cem exaltamus excitando fratres ad aliora
vsq; ad deum. ut ad laudes sanctę trinitatis
perueniamus dicentes. Gloria patri etc. **Q**uāq;
autem respōsorium tres habet versus put
in sexta pte sub prima dñica de aduētū dicit
respōsorium q̄ post versus impfete re
cantat ad notandū q̄ si in monte. in statu
pfectiōnis saluari non possumus. saltem in
legor. a. alia via saluemur in statu viz imper
fectiōnis. Adhuc semiplene siue p̄ parte re
petitur ad notandū eā q̄ videntes facimus

impfctas esse. Et sit primo repetitio a remo
tiori quo ad finē. et postea a minus remoto
et vltimo. Gloria patri dicit prout sub dicta
dominica de aduētū dicit. In festiuis vero
iterum totum pfecte repetitur ad notandū le
ritiam et pfectiōem sanctorū. **O**rationes
similiter in singulis horis dicuntur per quas
pmissio impetranda est. Oratio namq; petico
est. Nam orare petere est. sicut et orare est im
petrare. Et h̄ in grec̄. Veraciter orare est ama
ros in opuncione gemitas et oposita vba
sonare. Oratio autem dei misericordiam sig
nificat. que precedit et subsequit homines in
bonis opibus. et ideo dicit in principio misse
et in fine. Est aut vltima orō domini ad opa
rios benedictio. **O**rationes in fine dicunt
ab actibus sumitur ap̄loz. qui q̄ disiunge
bant positus gerubus suis orabat. Siq̄dem
oraturus sacerdos populum salutat dicens.
Dñs vobiscum et hoc ideo ut illum animet
ad orādum p̄ ip̄o q̄ eius oratio sit accepta
deo. q̄q; deus gr̄atias s̄am sibi donec. Ora
tione aut finita iterum erat dicens. Dñs vobis
cum. De quo sub titulo de p̄ma dicitur. Et
nota q̄ omne officium p̄ter nocturnū orōe
et benedictiōe occluditur ad notandū q̄ q̄
dum in hoc seculo sumus. necesse habemus
p̄sbiteroz orationibus muniri. Et mos est
q̄ q̄ cum famulis dei familiare habemus
colloquim. et cum ab illis separamur bene
dictiōem ab eis poscimus. In nocturnis vō
hoc non fit. q̄ ibi non fit sepatio. s̄ mariti
num et matutine laudes cum eo coniungunt
canuntur. **P**orro licet deus sit vbiq; tamen
sacerdos in altari et in diuinis officijs debz
ex institucōe vltij pape versus orientem orare.
Vnde in ec̄c̄ys hostium ab occidente haben
tibus missam celebrās in saluacōe ad pplm
se vertit. q̄ quos saluamus facie ad faciem
p̄ntamus. put in quarta parte sub ritu. De
saluacōe dictum est. Et deinde oraturus se
ad orientem ouertit. In ec̄c̄ys vero hostia ab
orientem habentibus. et roma nulla est in sa
luratiōe nec sc̄aria ouertio. q̄a sacerdos in
illis celebrans semp ad populum stat dñsus.
Templum quoq; salomonis et tabernac̄lm.
Moysi leguntur ab orientem hostia habuisse.
Exo. xxxviii. c. **V**ersus orates ergo oram⁹
Primo memores. q̄ ille qui est splendor lucis
eternę sederes in tenebris illustrauit. qm̄

670
visitavit nos oriens ex alto De quo legitur
ecce vir oriens nomen eius Cuius argumto
in libro sapientie dicitur Oportet ad orientem
lucis ad orare. non q̄ divina maiestas loca
liter in oriente consistat. q̄ potēcialiter et essen
cialiter est ubiq̄. Juxta iudicium et terram
ego impleo. Et propheta si ascendero in celum
tu illic es. si descendero ad infernum ades.
Sed quia dea timentibus oritur sol iusticie
qui illuminat oem hominem venientem in
hunc mundū. Secundo ideo versus orientem
oramus ut animi s̄ noster se ad peiora cō
vertete ammonetur. Tertio q̄a qui deum
laudare volunt non debent ad illum vertē
terga. Quarto s̄m iohānes dam. q̄ quatuor
sequētes rōes scripsit in quarto libro Cano.
v. c. ut patriam nr̄am nos requirere oñdam?
Quinto ut celum crucifixum qui verus est
oriens et ad quē oramus directe respiciam?
Sexto ut venientem iudicem nos expectare
monstramus. Sicut em̄ sic idem dam. ibidem.
Deus paradysum s̄m orientem plantavit. Vñ
hoiem transgressum exulem fecit et ante pa
radysū ex occidēte se cit habitare. ante q̄m igi
patriam req̄rentes et ad ipsam aspicientes.
deūm ad orientem adoramus. Septimo quia
dñs crucifixus ad orientem respiciebat. ideo
et nos oramus ad eum respicientes. Sed et
ipse assumptus in celum ad orientem sursum
ferebatur. et ita ip̄m apostoli ad oraverunt.
et ita veniet quōadmodum viderit eum eun
tem in celum. ipsum itur expectātes ad ori
entem adoramus. Daniel q̄m in babilonica cap
tivitate. et iudei similiter verius templum
orabant. Augusti. tñ dicit q̄ nulla scripta
nos docuit versus orientem orare. Adhuc
stantes oramus sanctos. p̄nt iam premissus
est ubi de psalmis agitur. Orandum autem
est in ecclia que ad hoc invēta est. p̄nt in pre
p̄ma de ecclia sub ti. dictum est. Vñ p̄. lxvij.
In ecclis benedicite dño deo s̄ fontibus isrl.
Et alibi adorate dñm in aula sancta eius. et
illud introibo dñe in domum tuam. adora
bo ad templum sanctum tuū in timore tuo.
Item p̄ceptum est corāz altare hoc adora
bis. Itēz propheta Venite adoremus et p̄ceda
mus ante deum. ploremus coram domino q̄
fecit nos. q̄ ipse est dñs deus noster. Deus
creator. dominus. et redemptor. noster. et
salvator. Sed cū deus sit ubiq̄ ut p̄missus

est q̄re potius in tēplo q̄ alibi est adorandus
Preterea legitur iohannis. iij. c. q̄ cum mu
lier samaritana solucōem questicōis. que de
loco adoratiōis inter iudeos et samaitanos
sepe vertebatur. a x̄po questisset. Patres in
quit noster in monte hoc adoraverunt. et vos
dicitis. q̄ ierosolimis est locus ubi adorare
oportet. respondit illi ihesus. Mulier crede m̄
q̄ venit hora. q̄n̄ neḡ in monte hoc. neḡ in
hierosolimis supplicandum est. tñ adorabitis
patrem. s̄ veri adoratores adorabunt p̄m̄
in spiritu et veritate. quasi dicit. Nō p̄fero
locum in adorando. ubiq̄q̄ adoretur deus
dumtaxat in spiritu. et p̄ spiritus libus. et ve
ritate. et eternis. Vnde apostolus inquit. Tu
autem cum oraveris in eta cubiculi. in thum
et clauso hōstio ora patrem tuū. Sed licet
ubiq̄ sit deus adorandus. specialiter tamen
in ecclia. alioquin frustra tanto studio. et t̄to
q̄ impendio templum dño fieret. nisi gr̄at̄
in eo adorari acceptaret. Vnde salomon in
templo d̄struō et dedicato oravit ad dñm
ut quicūq̄ illuc ascenderet p̄to peccatis suis
vel p̄ quacūq̄ tribulacōe clamās ad dñm
in his que iuste postularēt exaudirent. quā
oratiōis formam sequit̄ ecclia in oratiōe quā
dicit in ecclie dedicatiōe. Assistent em̄ angeli
ibi adorantibus. ut devotas eoz orationes
domino offerant. scdm̄ illud. In aspectu an
geloz psallas tibi. adorabo ad templū sc̄m̄
tuum ad ostendūm̄ nomini tuo dñe. Vnde
angelus ad thobiam. Ego obruli oratiōem
tuam dño. Requiescunt etiam ibi sanctōrum
reliquie qui nobis devote ad deum adorant.
s̄ibus suis p̄cedit̄ assēcunt. quod nos nr̄as
meritis non valemus. In platers vero et in
publico more phariseoz orare a dño p̄hibe
mur q̄o vero apostolus ad thimotheū inq̄t
volo vos orare in omni loco. levātes puras
manus sine ira. ad internam p̄inet orōnem.
In omni em̄ loco orat qui p̄ caritatis officia
et opa bona. ubiq̄ manus cordis mundas
ad deum levat. Ceterz adorandus est pater
et filius et. s. s. quoniam oēs et singuli sunt
vnus solus et verus deus. Licet em̄ alia p̄
sona sit pater. alia filius et alia sp̄s sanctus.
tamen patris et f. et s. s. vna est divitas. coe
qualis gloria. coeterna maiestas. Vna igitur
et equalis totē in diuine trinitatis est orō
de qua sane potest intelligi. quod dominus

nit veri adoratores adorabunt p̄rem in spū
et veritate. Namq; q̄ deum veraciter adorat
ipse quidē adorat patrem in spiritu et veri-
tate. in filio. qui de se dicit Ego sum via.
vitas et vita Ego sum inq̄t i patre et p̄ in
m̄ est. Ideo pater adorandus est in filio et fi-
lius in p̄re. et spūsanctus in utroq; Est autē
deus adorandus de corde puro et scientia bo-
na et fide non ficta. De corde puro. non ut
quidam faciunt q̄ in prosperitate deum glori-
ficant. s; eum in aduersitate blasphemant de
quibus p̄pheta Confitebūtur tibi dum bene-
feceris eis. si vero non fuerit faciati murmu-
rabunt. De scientia bona. non ut quidam
faciunt q̄ contra deum grauissime peccant. et
postea te nere illi sacrificant. De q̄bus p̄pheta
peccatori dixit deus. q̄re tu enarras iustitias
ineas et assumis testamentum meū per os tuū
Illud vtrūq; testamentum. de quo veritas ait
Vie est sanguis meū noui testamēti. De fide
non ficta. non ut quidam adorant. qui recte
dicunt s; prauē viuūt. quibus dominus im-
perat dicens Vie plus labijs me honorat
cor autem eorū longe est a me. Dicūt enim et
non faciunt. Adorandus est itaq; deus corde
per deuocōem. ore per confessionem. et opere
per veneracōem. Sunt autem due species
adoracōis sc; latría que soli deo debetur. et
dulia que quibusdam creaturis adhibet. et
dictum est in quāta pre sub quarta p̄ricula
canonis super verbo sinitutis. Rursus ca-
nonice hore in ipsis horis diei dicende sunt
nec obstat illud psal̄miste. Benedicam dñm
in omni tempore. nec illud apostoli Sine in-
termissione orate. qm̄ benedicere dominus in
omni tempe est illum semper digna ouerla-
tione laudare. Sine intermissione orate est
omnia in dei laude seu gloria agere. sic idem
apostolus ait Siue manducatis siue bibetis
siue aliqd aliud faciatis in gloria dei facite
Ceterū orationem salutatio precedit et seq̄tur
ad illam respōsio. p̄nt sub prima dicit. Fi-
naliter autem post orōnem dicitur Benedica-
mus dño quod sumptum est de ap̄lo vel de
ps̄. vel de imno trium puerorum ubi dicitur
Benedicamus patrem et filium et. Et dicit
q̄ng a pueris qui sunt imperfecte etatis ad-
rorandum omnia opa nostra imperfecta esse
Iuxta illud imperfectum meum viderūt ocli
tui et. Et q̄ omnis laus nostra puetilis et

imperfecta est ad orationē dei que laudam?
Quicquid hic em̄ dici potest. minus a laude
dei est ac si dicat ecclia laudamus. s; laudādo
non sufficimus. q̄ sup̄eminētia dei eloq̄um
nostrum et intellectum sup̄at. q̄a accedet hō
ad cor altum. et exaltabitur deus. Vnde ab
omnibus sequēter dicitur Deo gratias. q̄
placet sicut pium est in dei laude sup̄ari. Vi-
etiam a pueris ad notandum q̄ soli pueri. i-
puti a malitia. digne laudāt deum et gr̄as
agunt. Dicitur etiam quandoq; a maiorib;
ad designādum q̄ in eterna beatitudine cū
domino perfecti erimus laudatores. quia in
hac vita non possumus esse perfecti. Rur-
sus post suffragia dicit alia oratio. q̄ m̄iam
dei significat. que precedit et subsequitur ho-
minem in bonis opibus. Dicitur etiam itē
Benedicamus. et deo gr̄as. q̄ sicut dominus
postq̄ iterum post resurrectionem suam salu-
tauit discipulos suos. bñdixit eis et illi gr̄as
recerendo illum adorauerūt ita et p̄sbyter v̄l
alius iterum dicta orōne dicit Benedicamus
dño. et est subaudiēdum cui? membra sumus
et in quo benedicimus et etiam benedicit.
Chorus vero gratias agēs dicit Deo gr̄as
quod sumptum est de apostolo. p̄ quod sig-
nificat q̄ vsq; in fine vite nostre innocētiā
debemus huare et deo benedicere ei p̄ bene-
ficijs gratias exoluēdo. Vel bñdicamus dño
cuj deo gratias est laus finalis. et exultatio
ineffabilis. que erit in gloria cū gratiarum
actio. Vel deo gratias est de consumato cursu
gr̄az actio. De hoc etiam dictū est in quarta
parte sub ri. de oracōe nouissima. Sed videt̄
q̄ potius deberet responderi amen. i. fiat seu
ita sit. sc; q̄ deus sit benedictus. Sed bene
respondetur Deo gratias. et notetur q̄ hoc
ip̄m q̄ deū bñdicimus. ab ipso deo habent.
Porro q̄a q̄ diu viuim? in lubrico positi
sumus. et a demonibus impugnam. quare
semp̄ sanctorū suffragijs indigemus. Idcirco
in plerisq; ecclis in singulis horis. post bene-
dicamus suffragia sanctorū subiciuntur. Et
nota q̄ quia totum tempus a natiuitate dñi
vsq; ad festum purificationis est de infantia
saluatoris. Ideo et quidam dicunt nō debēt
feri tunc commemoraciones p̄sbr̄m de cruce
Iuxta illud. Nō coques hedū in lacte m̄ris
sue. nec etiam a dominica de passione. vsq;
in sabbatuz post penth. et ibi dicit. No:

etiam sciendum qd qd petrus et paulus in vita
et in morte non sunt separati. putantur carat ecclesia
ideo nec in commemoracionibus separantur que
simul sunt et communiter de veris. **Ultimo**
notandum est qd cantandi usus a veteri test.
sumpsit initium sicut in esdra legitur. De q
in secunda parte sub ritu. de cantore. et in
quarta parte sub ritu. de alleluia dictum est.
Et ecclesia .c. xvij. dedit illi contra inimicos
potentiam. et stare fecit contra alios cantores
in sono eorum dulces fecit modulas et psalmos. Can
tate ei canticum novum bene psallite ei in
vociferatione. Celebratur ei itaq; cantus ut
ostendat homines debere gratias referre et lau
des deo dum manibus ceterisq; membris sa
tantur aget opera. quibus valeant deo placere
Usus tamen cantandi quidam reprobant. putant
dictum est in phemio quare partis. **Ordine**
cantilene in diurnis siue nocturnis hons cre
ditur beatus gregorius plenaria ordinatione di
stribuisse cum multi. et ante. et post eum ora
tiones. antiphonas et responsoria composuerunt.
Et nota secundum hugonem de sancto victore
q; tres sunt species sonorum. qui tres modulos
faciunt. Fit enim sonus pulsu. flatu et voce.
pulsus pertinet ad citharam. flatu ad tubam.
et organum. vox vero ad cantum. **Dec** genera
musicorum. antiquus populus in dei laudem exer
cebat. **Dec** autem consonantia sonorum assignari
potest. **Secundum** modum si ad pulsum. cithare ma
nuum operatio. ad flatum organi mentis de
uotio. ad cantum vocis humanis exortatio re
ferantur. **Bernardus** inquit. Quid prodest dulcedo
vocis sine dulcedine cordis. si tangis vocem
franget voluntatem suam consonantiam vocum
sua concordia morum. ut per exemplum concor
des proximo per voluntatem deo. et per obe
dientiam magistro. **De organo** dictum est
in quarta parte sub ritu. de sanctis. **Rursus**
hoc triplex genus musicorum ad triplicem dram
officii ecclesiastici refertur secundum sicardum episcopum
cremonensem. in mitrali. **Primum** ipsum officium ecclesie
consistit in psalmis. in cantu. et lectionibus.
Primum musicorum genus est. quod fit pulsu
digitorum ut in psalterio et similibus. et ad id
pertinet psalmodia. **Juxta** illud laudate eum
in psalterio et cithara. **Dicit** enim psalterium
a psallim grece. quod est tangere latine. **Secundum**
est quod fit voce scilicet humana. et ad istud perti
nent lectiones. **Unde** psalmus. Bene psallit ei in

vociferatione. **Et** apostolus lectionem vocem
vocavit dicens. Ignorantes holum et voce
phetarum que per sabbatum leguntur. **Tertium**
est quod fit flatu sicut in tuba. et ad istud per
tinet cantus. **Unde** psalmus. laudate eum in sono
tuba. **Hanc** rationabiliter diversorum sonorum concordiam
et concordiam varietate spectantem. et bene or
dinate civitatis unitatem significat. **Suavis**
verocantus fit ex diversis. sed non ex aduersis
vocibus. **Rursus** cantus in ecclesia letitiam celi
significat. **Voces** vero graues acute et sup
acute. innotuit tribus modis predicandum esse
tribus ecclesie ordinibus propter tricenisimam sexa
gesimum et centesimum fructum. **Vel** iuxta
tria volumina salomonis significat ordines
incipientium. proficientium et perfectorum. **De** choro
dictum est in prima parte sub ritu. de ecclesia.
Hanc statutum est in concilio choletan. et
gerundan. ut tam misse ordo. quam psallendi. quam
ministrandi consuetudo fuerit in omnibus ecclesiis
qui in ecclesia metropolitana fuerit. **Abba**
tibus quoque vel monachis curam animarum
habentibus. non licet publica officia aliter
celebrare quam in ecclesia episcopali. **Quoniam** augustinus
dicit. **Quod** contra fidem neque contra bonos
mores esse vincunt in differenter haberi
esse et in ecclesiasticis sacramentis sit de iure
consuetudo seruanda.

De nocturnis. R.

Iacet ecclesiastica officia a vespis
incipiant. **Juxta** illud. **De** vespis
in vespam celebrabitis sabbata
vestra. quod tamen ordo conueniens est. ut a te
nebris procedamus in lucem et non e converso.
ideo a noctis officio incipimus. **Tempus**
autem nocturnum significat vitam nostram in
peccatis. **Nocturnum** officium nostri exilij
fruitum. **Laus** matutina penitentie suffragium
per quam tendimus ad lucis gaudium et li
beritatis. **Vel** tempus ante nocturnum significat
tempus ante legem in ortu. in quo omnes
silebant a laudibus dei. **Tempus** nocturnum
significat tempus legis date moysi. **Tempus**
laudis matutine significat tempus gratie a
resurrectione usque ad finem mundi. in quo tpe
deum laudare tenemur. **De** bonis nature que
in illa hora nobis contulit creando. **De** bonis
gratie. que in illa nobis contulit resurgendo.
Et de bonis glorie. que in ea nobis dabit
resuscitando. **Hanc** nocturnale officium

media nocte canitur. ppter quinq; rationes
Primo quia primogenita egypti de nocte in
terfecta sunt. et primogenita israhelis saluata
Vt igitur dominus nobis fuerit primogenita
nostra. et hereditatem regni celestis. qua nob
primo primogenitus dei filius acquisiuit.
ideo ei canimus officium nocturnale. ne simus
sicut elan. qui p edulio lenticule ruse pdidit
primogenita sua. **S**ecundo q; dei filius fuit
media nocte natus. **J**uxta illud sapie. c. xix.
Dum medium silentium tenerent oia ex nox
et usq; a regalibus sedibus venit ihesus filius
tuus. ut ergo ipsius natiuitati grati simus
cum de nocte laudamus. et gratias de ipsius
natiuitate agimus. **T**ertio qa xps in nocte
hac hora captus. et illusus est a iudeis ea etia
hora spoliavit infernum. large noctem acci
piendo. scz ante lucem. **M**ane vero surrexit
media etiam nocte ad iudicium venturus asse
ritur. **V**nde statutum fuit ut in die vigiliay
pascalie ante noctis medium dimittere non li
ceant populos expectantes xpi aduentum ut
dicitur in sexta parte sub sabbato scito. **I**deo
hac hora deum laudamus. gratias agentes
de ipsius captione et patrum liberacoe. eius
etiam aduentum sollicite expectantes. **Q**uarto
ut noctes delictorum nostrorum illuminarentur.
Vnde paulus et siluas in vinculis existentes
media nocte orantes. innum cunctis audien
tibus dixisse memorantur ubi terram tu re
pere facta ianua sponte patefacta est et eorum
vincula illico sunt soluta. **Q**uinto ppter car
nis illecebras psallendo et orando ebdomadus
q; sicut dicit **E**cclasiastici. xxij. vigilia honest
tatis demat carnes. **S**ciendum autem est
q; in primitiua ecclia ministri ecclie ter s nocte
interpolatim surgebant ad diuinum officium
celebrandum etia in hoc tempa designates
viz tempus ante legem. tempus sub lege. et
tempus gratie. **S**urgebant em primo circa
primum somnum qn vulgus solet ire dormi
tum. **S**ecundo circa mediam noctem. **T**ertio pau
lulum ante diem. **S**ic ordinantes officium ut
nocturne finire. et lectiones cu suis respon
sorijs pedecte essent priusq; lucesceret appa
rete vero aurora pullatis campanis cantabat
Te deum laudamus et matutinas laudes.
Ad primam nocturnay pontifex solum et mi
nistri ecclie surgebant. que sine in vitorio
cantabat. p eo q; nullus ad hanc inuitabat

Et vocabatur vigilia qa habuit initium a
pastoribus. vigiliis noctes sup greges suos
suantibus. **I**n precipuis tn solennitatibus
populus tota nocte in dei laudibus psallebat
h illud sublatum est et ieiunium loco illius
vigilie ordinatum. pte dicitur in sexta pte
sub quarta feria tertie ebdomade de aduentu
Ad secundam nocturnam surgebant mi
nistri simul et coniugati tam mulieres q; viri
q cum inuitatorio dicebat. ad significandum
angelos imitantes pastores ad videndum regem
natum. **A**d tertiam surgebant oes omunitet
h postea a gescence caritate cum omnes tam
ministri ecclie. q; populus surgere ad noc
turnum officium pigritarent. statutum est.
ut omnes media nocte surgeret. **J**uxta illud
pphete media nocte surgebas. ut tota noctis
offitium otinue cantaret. **E**t plures adhuc
illa hora surgunt. **Q**uia vero qdam noctur
nis delictis plusq; dei huius vacantes insi
tutionem huiusmodi non suabant osequiter
statutum est ut saltem tpe vltime nocturne
omnes surgant. **P**otest etiam dici q; quatuor
sunt ecclie hostes superiores. et demones ma
lignantes inferiores. et hoies aduersantes.
interiores. et occupiscentie carnales. et exte
riores. et illecebre seclares. **D**e primis in q; apls
Non est vobis colluctatio aduersus carnes
et sanguinem. h aduersus spualia nequie
in celestibus. **D**e scdis ps. sup dorsum meuz
fabricauerit peccata. p. i. s. **D**e tertijs apostolus
Caro occupiscent aduersus spiritum. spiritus
aut aduersus carnes. **D**e quartis ioh. nolite
diligere mundum. neq; ea que sunt in mudo
quia quicquid est in mdo. aut est occupiscentia
carnis. aut oculoꝝ. aut supbia vite. **A**d
uersus hos quatuor hostes rectores ecclie debet
quatuor noctis vigiliis sollicite custodire.
Nam pastores custodiebant vigiliis noctis
supra gregem suum viz oticirium galliani
um. intempustum. et arte lucinum in quibus
obsesse ciuitatis custodes vigilant alnatim
Primam ergo vigiliay custodire debet otta
fallatias primoy hostium. **S**ecundam otta
versutiam secundoy. **T**ertiam otta tertias
Quartam contra quartas. **E**t ideo noctur
num officium in quatuor est ptes distinctus
scz in tres nocturnos. et matutinas laudes
quod per quatuor noctis vigiliis otta dictas
quatuor hostium persecutiones anniquit

5709

ecclesia de cantabat ¶ **P**orro in memoriam
 illius laudabilis consuetudinis et deuotioris
 antiquorum in tempe estiuale celebrat ecclesia
 nocturnum officium in tempe prime noctur
 ne licet quandoque tempustuus quod quidam
 vigilijs sub antiquo nomine vocant et spe
 cialiter festiuitatibus beatorum iohannis bap
 tiste petri et pauli et assumptionis beate marie
 que sunt precipue illius tempis solennitates
 et hoc facere incipiunt in ipso festo beati io
 hannis in crepusculo pro eo quod ipse fuit finis
 veteris testa. et initium noui Roman i etiam
 adhuc in omnibus precipuis festiuitatibus to
 tius anni in sero dicunt tres psalmos et tres
 lectiones. quas vigilijs vocant. et in nocturnis
 idem repetunt et totum matutinum officium
 perficiunt Rursus in memoriam dicte deu
 otios antiquorum ter in nocte surgentium Tres
 nocturnos dicimus. qui et inde nomen et cri
 ginem habuerunt Et nota quod nocturna noctur
 ne ponit per hora Sed nocturni nocturnorum
 pro officio. vel nocturna. ne. est collectio psal
 morum qui dicuntur ante lectiones in dominica vel
 in profestis diebus Nocturne in plurali dicunt
 tempora in quibus psalmi cantantur. Nocturni
 nox. dicuntur. ix. psalmi. et. ix. lectiones cui
 sus responsorio in solennitatibus ¶ **S**ane
 per nocturnas exambias dyaboli vitamus
 insidias et ideo nocte surgentes currimus cam
 panis auditis ad ecclesias. vel: uti exercitus ad
 militiam audito clangore tubarum Nulas igitur
 regiam. et ecciam ingredientibus ad altare incli
 namus. pui quasi regem milites adoramus
 eterni enim regis milites sumus. Inclinantes
 autem trinam facimus orationem dicentes ter **P**r
 nobis. sponem ad patrem et filium et spm
 sanctum dirigentes Cum ad patrem loquimur
 ad medium altaris intencione cordis et statu
 corporis nos presentamus propter patris potentiam
 et nostram perseuerantiam Cum ad filium loquimur
 ad sinistras altaris presentem nos ouertimus
 propter ipsius exinanitionem et nostri lapsus
 offensionem Cum ad spm sanctum ad altaris
 dexteram transimus propter ipsius benignitatem
 et nostram gratie consequentiam Quidam tamen
 ad hoc habent speciales orones Deinde quidam
 psalmi. gradualis incipiunt. de quibus dictum
 est in propheta huius partis. Sacerdos itaque
 nocturnum inchoans officium a domino qui est
 alpha et o. i. principium et finis et bonorum

largitor omnium incipit Et quoniam scriptum est
 Job. xv. Sine me nihil potestis facere et os
 aperire. petit ante omnia fiducialiter ab eo qui
 dicit Aperi os tuum. et ego adimplebo illud
 ut ei os aperiat ad digne ipsum laudandum
 dicens Domine labia mea aperies. et os meum
 aperiet. quod non est speciosa laus dei in ore peccato
 ris. nisi ipse in laudem dei sui ipsi os aperire
 dignetur Iuxta prophetam Quare tu enarras
 ius. m. et assu. tel. m. per os tuum Finit etiam
 hoc officium in ipso deo dum dicitur. Deo
 gratias ut initium et finis circumscilicet refe
 rantur ad eum pui est alpha et o Et quod dicit
 aperies ponit tempus pro tempe. et aperit. Rur
 sus petit sua labia aperiri. quoniam pridem in co
 pletorio nos deo dimittimus. et os et peccat
 signo crucis munientes excusimus. quare me
 rito nunc eum precatur. ut labia clausa aperiat
 ad laudandum Chorus vero ad notandum
 armoniam non mutata persona. respondens
 dicit Et os m. an. l. t. Est enim vera armo
 nia ut sit creditum cor unum et anima una
 Actu. c. iij. et in tali unitate deus laudatur
 ¶ **Q**uia vero dyabolus de laude abhorret
 propter quod deum laudare vult. satagit
 impedire Nam oreptus pharao. id dyaboli
 surgit in scandala. ideo ecciam ne succumbat
 statim impetrata loquendi licentia orat dicens
 alta voce Deus in adiutorium meum intende
 Chorus respondens dicit Domine ad ad me fest.
 ¶ **S**ane premissis duobus habitis viz gra
 per quam os aperitur et dyabolo pro auxilium
 dei repulso. nihil aliud restat nisi laudare vn
 stanam ecciam laudans subicit Gloria patri etc
 De quo in propheta dictum est ¶ **V**erum qui
 non sufficit deum laudare. nisi etiam ad lau
 dandum alios inuitemus ut qui audit dicat
 veni Apo. vlti. et cetera corinam trahat
 Exo. xx. ideo sequitur inuitorum. et inui
 tatorum psalmi. Venite exultemus Vbi multi
 plex causa redditur. quare dec exultare et iu
 bilare debemus dum ibi dicitur Quoniam deus
 magnus est Et ultimo assignatur causa sc
 ¶ **N**e ingrati simus sicut iudei. qui propter suas
 ingratitude et malitiam terram promissi
 onis non intrauerunt. Vnde dicitur ibi Si in
 troibunt in requiem meam quasi diceret no
 ¶ **I**nuitorum autem alta voce dicitur qui mater
 ecclesia per illud inuiter oes ad ostendum
 domino. Iuxta illud venite filij audite me.

quod notat secundus versus **Preoccupemur**
Quod inc est q̄ in quibusdam eccl̄is iacentes
ad orōnem ante matutinū. ante singula
alia statim cum audiunt cantari. **Venite**
exultemus. **Chorum** intrent. incipiens cō
inuitatorum est quasi prece tanq̄ tuba ex
altans vocem suam **P**remittitur quoq; inui
tatorio vox humilis **Sed** cum venit ad psal
lmum. inuitatorum exaltatur. q̄ eccl̄a primis
secreto quasi hostio clauso laudat deū p̄pter
se. h̄ postea manifeste p̄pter alios vt ardor ac
cedat proximis **N**unc ergo est q̄ in precipuis
festiuitatibus inuitatorum quasi voce valde
demissa inchoatur **Sed** cum venit ad ver
um. **Hodie** si vocem cō. exaltatur. ne quis
corde forte obturatus de voce non audita
causetur **Vñ** psal̄e **Quasi** tuba exalta vocē
tuam **R**ursus voce demissa inchoat. ad no
randum q̄ in primitiua eccl̄a pop̄ulus clam
ad fidem et ad xpm colendum inuitabatur.
Sed postea vox exaltatur vt ostendatur q̄
hodie liber inuitatur. predicatur et adoratur
Item inuitatorum ipsum ad aliquos vsus
illius psal̄i **Venite** reperitur integre et ad
alios imperfecte. q̄ licet omnes per ipm inui
tatorum ad laudes et ad gloriam dei inui
tentur. aliqui tñ perfecte et aliqui imperfecte
hanc inuitationem recipiant **D**icitur autem
sexies integre. quia illi integre inuitationem
recipiunt. qui perfecte laudes deo referunt.
perfecte autem laudes referunt qui nihil qd̄
non sit laudis interponunt **Q**uia ergo sena
rius est primus numerus perfectus. quod p̄
quia constat ex suis partibus aliquoties scilicet
vno duobus et tribus. ideo sexies integre
repetitur **T**er vero imperfecte reperit p̄pter
illa tria hoīm genera. qui ad cenam inuitati
inuitationem non receperunt. sc̄ auari. supbi.
et luxuriosi. vt dicit in sexta pte sub secunda
dominica post pentec̄. **V**el p̄pter nostram sc̄
in corde. in ore et in ope imperfectiō. **C**eter
ep̄hie officium inuitatorum caret p̄ut in sexta
parte dicitur **E**t etiam mortuorū officium n̄
funere presente. q̄ in illo officio xpi exequas
imitam̄. non em̄ in parasceue dicit **A**d huc
q̄ non sufficit deum ore laudare. nisi et mēte
laudetur. **I**deo post inuitatorum subicitur
innus. i. laus dei **I**tem q̄ post inuitationē
sequeuter multi deum cum letitia laudant
iuxta illud **A**udiuit et letata est spon **I**eo p̄

inuitatorum omniter cantat innus **T**ertio
dicitur innus in signum. q̄ sicut in actibus
apostolorū. gentes gauise sunt q̄ ad fides vo
cate sunt **P**orro q̄ iterum non sufficit laus
oris et cordis. nisi et opus sequatur. q̄ fides
si ne operibus non p̄dest. immo mortua est
Ideo innum sequuntur psal̄i qui bonam
opationem designant **D**icitur etiam anti
phone que significant caritates sine q̄ opus
non p̄ficit. et versiculi de quibus in p̄hemio
didum est **P**ost versus ante lectiones. per
quas doctrina habemus. dicitur oō dñica
Primo ad notandum q̄ qui eget sapientia
et intellectu doctrine postulet illam a deo. q̄
sm beatum iacobum dat effluenter omnib̄
et non impropat **S**ecundo vt ipsius orōnis
auxilio p̄ficiat in nobis versus intērio **T**er
tio vt per illam dyaboli temptacōes pellant
ille em̄ sentiens nos velle lectiōes legere in
quibus sanctorū victorie extra ipsum habite
leguntur satagit nos accius impugnare. **Vñ**
nos illa oratiōe munimus **D**icit autem secrete
per quod secretum regis osilium intelligitur
vt p̄ osite similitudinis p̄sequam̄ exemplū
et vt diligentius capitur. vel q̄ in ea loqui
mur deo. vltima tamen ps̄a p̄terter occludit
vt pateat ad quid oratio ipsa dicatur sc̄ ne
lector per fantasiaz temptacōnum effretur
et auditor a lectiōis intellectu et p̄fectu frau
detur **D**e hoc sub titulo de p̄ma dicit **P**er
preces vero que dñicam orationem an̄ lecti
ones secuntur implorat sanctorū intercessiō
ad obtinendum. quod in ipsa orōne postulat
Oramus enim dñm vt mittat operarios in
messam suam. **E**t aperiat cor nostrum in lege
sua et in preceptis suis. ne semen verbi dei
qd̄ audituri sumus. aut volucres comedant
aut spine suffocent. aut in petra vbi non h̄
humorem arefcat **C**onsequenter lectiones q̄
sunt doctrina subiciuntur. et post lectiones re
sponsoria. q̄ bona opa significant **D**e quib̄
in p̄hemio didum est **I**llud autē consideran
dum est q̄ in diebus festiuis et dñicis tres
dicimus nocturnas. in p̄festis vnā **S**i q̄des
in trium nocturnorū officiis tria tempora re
presentamus sc̄ tempus ante leges tempus
sub lege et tempus gratie. quorū quodlibet
tribus distinctiōibus variatur **T**empus an̄
legem tres distinctiōnes habuit **P**rima fuit
ab adam vsq; ad noe **S**ecunda a noe vsq; ad

570
abraham Tertia ab abraham usque ad moysen
Tempus sub lege has distinctiones habuit
Prima a moysen usque ad david Secunda a david
usque ad transmigracionem babilonis. tertia a
transmigracione babilonis usque ad christum. tempus
vero gratie has distinctiones habuit Prima
distinctionio fuit apostolica et evangelice predicacionis.
Secunda tempus impugnationis per hereses
emergentes. tertia tempus pacis quando vi
hereses eliminate sunt. Recte autem tres
nocturni patres seu fideles utriusque tempus
significant qui vigilantes per dei laudes ad
eternam perveniunt laudem. Unde apostolus ad
Corinthios. et omnes stabimus ante tribunal
iudicis et nos qui vivimus et qui residui su
mus non prevenimus eos qui dormierunt.
Quia ergo illi bonis insistentibus opibus bene
vigilaverunt. merito et nos ut eorum meritis tri
nitati placere. et novem ordinibus angelorum
sociari possimus. In nocturnali officio sub
antiphonaz. psalmoz. versuum. lectionum.
responsionum novenario deo laudes canimus.
Antiphone ad dilectionem Psalmi ad actiones.
Versus ad exercitacionem. Lectiones ad dei
cognitionem. Responsoria ad gaudium. et
cantum pertinent angelorum. Novenarii vero
antiphonaz. psalmoz. lectionum. et respon
sionum. pro eodem accipiuntur. quantum ad nu
meri significacionem. De hoc etiam dicitur in
sexta parte sub festo natalis. et sub feria ve
nere domini. et sub titulo de septem diebus post
pascha. In quibusdam tamen ecclesiis quando di
te deam laudamus nonnum responsorium no
dicatur. Premissas itaque trium temporum
novem diversitates seu distinctiones inveni
mus in nocturnis solennitatum sanctorum et
dominicarum. In solennitatibus enim sanctorum tres
nocturnas celebrantes imitamus excubias ce
lestis iherusalem. que edificatur ut civitas. et
conservatur per angelorum excubias. qui tantum
trinas distinguunt. dum ter tria trinitati
ocurrunt. sic et nos qui in illam credimus tres
nocturnos celebramus. Imitamur et in hoc
primitive ecclesie tres interpolatas excubias.
que ter in nocte surgebant ad ostendendum domino
ut premissum est. Siquidem canimus novem
lectiones. novem psalmos. novem antiphonas.
novem responsoria. ut in utroque nocturno
tres sine tria. ad notandum omnes electos qui
fuerant ante legem. sub lege et sub gratia asso

ciatos esse in cognitione sancte trinitatis.
novem ordinibus angelorum. et in celis ipsi
trinitati congaudere. et usque in fine sociabuntur.
Sicut autem angeli priores electis fuerunt. ita
et psalmi lectiones precedunt. In dominicis quibus
diebus in quibus aliud festum non occurrit
tres nocturnos celebramus. Et dicuntur in
primo nocturno xij. psalmi et tres antiphone
quarum quilibet respondet quatuor psalmis. et
in plerisque locis unum Gloria patri. iij. psal
morum. Sane dominicam diem dominus sua resurrecti
one glorificavit. et in ea angelorum consortia
premeruimus. Unde dominica vox dominicam resur
rectionem nobis ad memoriam reducet. et
et iam resurrectionem omnium fidelium. qui ab
initio mundi fuerunt. et usque ad finem seculi
futuri sunt. qui in resurrectione domini omnium
electorum resurrectio significata est. Primum
nocturnum recolitur tempus ante legem. legem vero
legis naturalis. xij. psalmorum. illius recolitur resur
rectionem omnium sanctorum illius temporis
prebitum xij. patrum archiepiscoporum. qui tunc maxime
vigilaverunt et viculauerunt a quibus populus
domini in xij. tribubus fuit repagatus. qui fuit
domino ipsius peculiaris sicut in tempore gre
xij. apostoli pro ceteris presulserunt. Quater
narius psalmodorum numerus quater principa
les seu cardinales virtutes preterit videlicet
prudentiam. iustitiam. fortitudinem. et temp
erantiam. quas credimus sanctos patriarchas
suo tempore pro ceteris habuisse et alijs exemplo
monstrasse. Tres antiphone fidei sancte tri
nitis siue dilectionem in ea occurrunt. quarum
quilibet respondet quatuor psalmi. Nam qui
libet tenens fidem sancte caritatis quatuor
premissis virtutibus est quadratus. Civitas
autem in quadro posita est. sicut habet Apoc.
et penult. Ideo autem quatuor psalmi sub uno gloria
dicuntur nec sepantur. quia quatuor premissae
virtutes inseparabiles sunt. qui habet unam
habet omnes. sicut probat augustinus. Item
in eo quod sub una glorificatione trinitatis quatuor
psalmi copulantur occurrunt dictos patriarchas
una fide trinitatis dictas quatuor virtu
tes habuisse et ceteris exemplo monstrasse.
Verum quidem omnes psalmi prime nocturne
sub una antiphona cantantur ad notandum
delectationem. quam habent in cognitione
trinitatis. Quidam etiam ad quemlibet psalmum
dicunt Gloria sed per tres antiphonas con

distingunt. q̄ quilibet tenetur ex suo do no reddere laudes trinitati ex hac delectatione quam habet in cognitione trinitatis. Et attende q̄ in prima distinctione tempis ante leges vigilauerunt. abel. enos. enoch. et lamech. q̄ in primis quatuor psalmis innuit. **U**terque uir cantat. **A**bel qui tanq̄ lignum plantarū secus decursus. quatum dedit in tempe si o fructum iustitie dum pro iustitia seruanda succubuit. **Q**uare fremuerit cantat. **E**nos qui dño in timore huiuit dum nomen dñi uocauit. **D**ñe q̄d multiplicati sunt cantat. **E**noch quem dominus suscepit dum eū in paradysum transtulit. **D**ñe ne in furore cantat. **L**amech quem dominus exaudiuit dum ei tales filii dedit. qui genus humanum a furore dei in arca saluauit. q̄a igitur quatuor dumtaxat psalmi dicuntur. **I**deo duo psalmi de matutinali officio subtrahuntur. **C**um inuocarem et uerba mea. **E**t ideo illi porius q̄ alij. quia primus semper in opletorio. et sc̄dus in seruida feria ad laudes dicitur. **I**n secunda uero distinctione primi tempis uigili auerūt noe. sem. heber. et phare. **D**omine deus me cantat. noe. quez dñs in illa generacōe iustū inuenit. et ideo a quis persequēibus saluum fecit. **D**ñe dominus noster cantat. **S**em que dominus gl̄ia et honore coronauit dum eū super fratres patris bñdictione sublimauit. **C**onfitebor tibi cantat. **H**eber qui mirabilia dei narrauit cum ciuitatem gigantum dissipauit. **I**n dño ofido cantat. **P**hare. q̄ in urbe caldeorū positus in dño ofidit cuius ps. calicis ignis sulphur exiit. **I**n tertia distinctione primi tempis uigilauerūt. **A**braam. **I**saac. **I**acob et **I**oseph quod sequētes psalmi declarant. **S**aluum me fac cantat. **A**braam. quem deus saluum fecit. in cuius tempore sanctus defecit. q̄ p̄dolatrie huiuit. **V**squo cantat. **I**saac quem dñs in sacrificio respexit. **D**ixit insipiens cantat. **I**acob qui spes domini fuit. **V**nde ibi dicitur. **E**xultabit iacob et letabit israhel. **D**ñe quis habitabit cantat. **I**oseph qui fuit sine macula. dum adulterium recusauit. **S**ecundum uero nocturnū dñicales siue tres psalmi qui tunc dicuntur cum tribus antiphonis et tribus gloriacionibus recolūt resurrectiones eorū. qui sub lege mosaica fuerunt. et licet tunc multi sancti fuerūt. tñ tres ordines fuerunt. sc̄z legislator cum suis imi-

tatoribus et psalmista cum suis. et p̄phete. **F**uerunt namq̄ aliqui doctrina legis oranti. **F**uerūt etiam aliqui q̄ cū dauid uel ad modū ipsius domino psalmos decantauerūt ante arcam eius. **F**uerunt et p̄phete quibus datū fuit corrigere populum doctrina et sapiētia sibi a deo data et predicere eis futura. p̄pter hos tres ordines tres psalmos dicimus. et q̄ isti huiuerunt trinitati cum delectatione sp̄iali. **I**deo ad singulos dicimus. **G**loria patri cū antiphona. **Q**ui aut oēs p̄. prime nocturne dicunt sub vna antiphona. et oēs secunde nocturne sub tribus hoc attendunt. quia et si illis qui fuerunt tempe legis nature reuelata fuerit aliquātulum ueritas. illis tamen qui fuerunt sub lege moysi magis. et inde maior est eorū exultatio. quod notat antiphonarum triplicatio. **P**reterea illis qui fuerunt sub lege nature p̄missa fuit hereditas. sed his qui fuerunt sub lege moysi collata. **E**t nota q̄ in prima distinctione tpe legis uigilauerunt sacerdotes. ut **A**aron cū decuit q̄s exprimit psalmista. **C**onserua me quoz dñs ps. fuit hereditas et calicis. **I**n sc̄da iudices ut **G**edeon dum iudicauit quos exprimit psalmista. **E**xaudi domine iustitiam meā. quoz iudicium prodit de uultu omnipotentis. **I**n tertia reges et **S**alomon dum p̄plm rexit. q̄s insinuat p̄. **D**iligam te quos dñs constituit sup gentes. **I**n tertio uero nocturno tres p̄. dicimus recolentes resurrectionem oīm illoz. qui tempe gratie siue in nouo testa. in tribus mōi p̄ribus sc̄z **A**sia. **A**frica et **E**uropa uiguerunt et uigebunt. **E**t q̄ tempe gr̄e maxime facta est reuelatio et impletio ueritatis. ideo psalmi illi cantantur sepius cum antiphonis habentibus alleluia ad maius gaudium designādum. p̄ut plenius in sexta p̄ sua natali dicitur. **N**unc enā est q̄ in quibusdam ecclesijs semper in omni tertio nocturno siue dñicali siue festiuali lectiones ex nouo test. subiciuntur sc̄z expositiones euangeliōz. **E**t dicitur. **T**e decum laudamus. **E**t attende qm̄ in prima distinctione tempis gratie uigilauerunt apostoli. qui exprimuntur in p̄. **C**eli enarrant. q̄ in oēm terraz exiuit sonus eorū. **I**n sc̄do martires quos declarat psalmus. **E**xaudi te. q̄ dominus p̄rexit eos in die tribulacionis eorum. **I**n tertia ofessores quos innuit p̄. **D**omine in uirtute qui non sunt

Fraudati voluntate labicꝝ suorum **I**llud ergo interest in xij. ps. pmi nocturni q sine antiphonis dicuntur. q non quilibet eorum habet antiphonaz. & tres ps. alioꝝ nocturnorum qui cum antiphonis dicuntur. quod inter est inter. xij. patriarchas qui peregrini erant & sperabant hereditateꝝ quam eorum posteris possiderunt. & eoz posteros q terras patribus eoz pmissam hereditauerunt. Inter illos quoꝝ tres ps. terti nocturni q dicuntur cum antiphonis habentibus alleluia & illos secundi nocturni qui dicuntur cum antiphonis sine alleluia. illud interest quod interest inter illos qui habent testamtu imitanduz & eos qui habent no imitanduz. Maior naꝝ est gloriatio noui qꝝ ve. tel. & de perceptis qꝝ de pmissis. **P**remissa igitur tres nocturni sunt illi tres anni ficulnee. qua dñs inutilis inuenit dices de illa. **D**imitte me vt succidaz & responsum est ei. ad huc dimitte eam hoc anno vt circumfodiam eam & mittam stercoꝝra. **C**antamus enim in prima nocturna vt recoleres facta pꝝm q sub lege naꝝe fuerit no utiles inueniam. **C**antam? etiã in scda & tta vt recoleres facta patrum. q sub lege mosaica & qui etiã ante nos fuerunt sub lege gr̃e non inutiles inueniamur. & si inutiles sim? oportet vt pastor nꝝ fodiat circa nos dicens reducendo nobis ad memoriam morteꝝ illoꝝ quos vidim? pauloante florere. **F**ili vide qꝝ fortis fuit ille qꝝ nobil. qꝝ diues. qꝝ potes & ecce ad momentum transiuit. oportet etiã vt stercoꝝra ponat peccata viz añ oculos nꝝos ponendo & si hoc non habet effectum dicat in pximo est qꝝ dominus ad radicẽ arboris securim ponet & si te inutilis inueniet. in ignem eternum vbi perpetuo obureris piciet. **D**ico de nocturnis festiuitatũ & dñicaꝝ nunc de nocturnis ferialibus siue non solennium dierum pauca dicamus. **E**t quidem in illis dicimus. xij. ps. vt nos deo debẽ hũre in duodecim noctis horas ondamus culibꝝ hore vnum psalmum attrit uertes. cum non possimus iugiter deo hũre put in pꝝhemio dictum est. **O**lim quidem varij psalmi cantabantur. **R**am alij quinquaginta alij plures alij pauciores dicebãt. **B**ed angelo reuelãte patres euenerũt vt duodecim dicerent. **Q**ui psalmi bini & bini dicuntur. ad notandum qꝝ sine caritate que ad minus inter duos co-

hilit laudes nostre vel opa nꝝa nihil psumit. **I**n quibusdam tñ ecclesijs in diebus pꝝfestis inter duos psalmos gloria parti interponit ad notandum qꝝ cultus est dei & hominum mediator. **I**n aljs vero ecclesijs dno psalmi sub vno gloria parti terminantur ad notandum quia laudes nostre tunc deo accepte sũt si in caritate maneam? & sic inter duos psalmos nichil interponunt. quia inter deum & proximum in quoz dilectione caritas pꝝprie consistit medium non habetur & secunduz hoc in duodecim psalmis. sexies tñ gloria parti dicitur. sicut sunt sex mundi etates. **P**reterea sicut hoim a natiuitate vsqꝝ in finem vite sex etates naturaliter accidunt sic in quotidiano nocturno sexies dicitur gloria patri & recolamus. quia vsqꝝ in finem in dilectione perseverare debemus pꝝpter eandem etiã causã. tunc sex antiphone dicuntur. que quid significent in pꝝhemio dictũ est. **V**t pꝝpter sex opa misericordie. que si obseruauerimus de tenebris huiꝝ noctis vel mortis. ad veram lucẽ & vitam pueniemus eternam. **T**res quoꝝ lectiones que tunc dicuntur doctrinam electoꝝ trium tempum significant. & cum ipis interpolate tria respõsoria dicunt. ad notandum qꝝ quicquid electi in tribus temporibus docuerunt. & quicquid in tribus etatibus agimus ad domini trinitatem referimus & trinitatem in fide spe & caritate glorificamus. **R**esponsoria enim a r. spondendo dicuntur. **A**d hoc tres lectiones dicunt. **q**ia dicitur tres posuit vigiliã dicens. si in prima si in scda si in tertia vigilia venerit & ita inueniat. beati sunt serui illi. **Q**ue tres vigilie tres etates designãt scz pueritiam. iuuetutẽ & senectutem. in qbus bene vigilando deũ laudare debem? **E**t nota qꝝ psalmodia rita nocturnoꝝ tam dominicalium qꝝ ferialium dicta vocat. **V**nde **E**xodi. c. iij. viã trium dierum ibimus in solitudine. **P**ane gr̃e. 3. vy. constituit vt in die resurrectionis vsqꝝ in sabbatum in albis. & in die penth. vsqꝝ in sabbatum eiusdeꝝ tres psalmi tñ ad nocturnos. tres quoꝝ lectiones dicantur. **O**ibus vero alijs diebus per totum annum si festiuitas est nouem lectiones legant. **A**lijs vero diebus scz in festis. xij. psalmi & tres lectiones. **I**n dominicis vero diebus exceptis dominicis pasce & penthecostes. xvij. psalmi

in quibusdam
habentibus
tres nocturnos
non est regu
hoc facere
comparare pu
alio voce con
si mensura ec
ad designand
sunt bene re
cum angelis
alio voce fac
na pedita in
quidã cantio
velis sequer
ogratulatio
bragiam sep
comparat or
qꝝ quibusdam
habet Ram
torem domus
qꝝ vna catho
lino vel ipse
tenim repet
a laboribus s
est sciendu
beatum augu
inquit et d
no respondit
te eternum
angeli. & f
posuerunt
qꝝ illud non
sponsoria dic
quod audier
qꝝ dicitur vo
qꝝ non pdest
cibus. **V**er
tiam noctis o
pꝝmitta ecclie
trahens. h o
fuerunt. **P**se
in abiu. me. i
pꝝter reuerẽ
psalmus. **D**o
lomo surger
limum cepi
qꝝ psalmos e
sponsoria
quidã p hoc

et ix. lectiones dicantur. Illi autem qui singulis diebus preter ebdomadas pasce et penthe- tres tantum psalmos et tres lectiones dicunt non ex regula sanctorum patrum. sed ex fastidio hoc facere operantur. **N**octurnis finitis campane pulsantur et Te deum laudamus alta voce cantat ad notandum quod manifeste et mirifice ecclesia tempe gratie laudat deum. et ad designandum si bonis operibus doctrine sancte bene responderimus ad celestes laudem cum angelis petueniemus. **C**antus quoque tunc alta voce factus. gaudium mulieris de dragma perdita inuenta designat. **Q**uero finis eiusdem cantici ibi Per singulos dies etc. et alij versus sequentes alius canuntur significat congratulationem vicinam quam mulieri pro dragma reptam fecerunt. **C**ompulsatio vero campanarum euocationem vicinam representat. **I**n quibusdam etiam ecclesiis luminaria accendantur. **R**am et mulier ipsa lucerna accensa totam domum evertit. **H**oc etiam significat quod ecclesia catholica per christum extrahitur de inferno. **V**el ipse imnus futurum gaudium et letitiam representat. quam ecclesia requiescens a laboribus suis est in die iudicii consecutura. **E**t est sciendum quod cum beatus ambrosius beatum augustinum de manacheis conuersus baptizasset dixit Te deum laudamus? **A**ugustinus vero respondit. te dominum ostendemus et illo dicente Te eternum patrum ille respondit. tibi omnes angeli etc. et sic totum illum imnum aliamque opposuerunt. **P**ost te deum laudamus. vel quoniam illud non dicitur post omnes lectiones et responsoria dicitur versus a sacerdote. per quem excitat audientes ut in dei laude permanant. **E**t dicitur voce magis dimissa. ad notandum quod non potest clamor vocis nisi assit clamor cordis. **V**erum beatus benedictus aliter officium nocturnis ordinauit non tamen dissentiens a premissa ecclesie ordinacione. vel illi in aliquo contradicens. sed ordine suo quod clam peculiare constituit. **I**pse namque instituit semel dici Deus in adi. me. int. et ter. **D**omi labia mea apert propter reuerentiam unitatis et trinitatis. **D**einde psalmus Domine quid multiplicati. eo quod a somno surgens dicit in eo. **E**go dormivi et somnum cepi etc. deinde in primo nocturno sex psalmos et quatuor lectiones cum totidem responsorijs cantari instituit et totidem in secundo. per hoc vitam contemplatiuam innuens

et actiuam. **S**enarius enim psalmorum numerus vitam designat actiuam. in qua sex misericordie opera suenit exerceri. **S**iquis ad contemplatiue vite perfectionem voluerit peruenire. que per quatuor euangelia designat. et per quatuor lectiones similiter figuratur. **Q**uaternarius quidem numerus apud monachos quadratam stabilitatem et euangelicam in sanctis exprimit seu quadruplicem sensum scripturarum propter quadrigas aminadab. et historiam alexandri cum. et topologicum. et anagogicum. **I**n tertio vero nocturno tria cantica cantari instituit in laudem trinitatis. a qua nobis vite perfectionem dari cum caritate credimus et speramus. **C**antatur autem illa cantica cum alleluia quod est canticum celestis letitie ut per hoc tota trinitatem esse dignam celesti laude ostendatur et ad quam plene laudanda non sufficit laus humana. **Q**uatuor vero lectiones de euangelio que sequuntur significant quod laudatores dei per quatuor euangelistarum doctrinam debent esse quatuor virtutibus insigniti per quatuor etiam responsoria laudantium alacritas designatur. **V**ed ne hoc bonum agentes illud sibi ascribant. sed totum dei laudi attribuunt et se illius fruos ostendant. subiungitur Te deum laudamus. postea legitur euangelium quod significat denarium. et vitam eternam. que digne deum laudantibus in fine reddetur. ad quod sequitur amen. et fiat nobis. quod ex euangelio credimus et speramus. imnus vero qui sequitur. **T**e decet laus etc. **G**audium quod sancti post laborem habent de remuneracione denarii significat. **M**onachi autem nunquam nouem lectiones dicunt. nisi in exequijs mortuorum. **V**nde et in triduo ante pascha nouem dicunt. quasi exequias domini repntantes. **A**d laudes autem instituit psalmum illum Deus miserere nostra. f. mo absque antiphona decantari. **T**um quia tenebris facientibus diluculo matutine laudes cantantur. **I**deo in eo dicitur. illuminet vultum suum super nos. **T**um quod hoc officium ad domini principis resurrectionem. per quam accipimus vitam et benedictionem. **R**ursus monachi dominicam orationem in voce dicunt propter supplices qui eam non intelligunt aut obliuiscuntur. et propter versutos qui spinam odij gerentes in corde fratrem odiant. nolentes dicere. **D**imitte nobis de. no. si. et nos di. de. no. **H**oc igitur dicere operantur in publico ut

577
purgentur ab illo vitio. tãz in fine noctis. i. matutinis laudibus. q̄ in fine diei. i. in vespis. vt noctem aut diem non p̄transeant sine reconciliacōe fratris. In alijs aut̄ hoīs nō dicunt in voce. q̄ sepe stringit fratri fratrem irasci. & quodaz furoris impetu omoueri. q̄ licet statim animum nō cohibeat. expectandus tamen est ad veniam. Sufficit em̄ si sol non oriatur sup̄ iracundiam ei. Dicunt etiã quatuor solummodo p̄s. ad vespas. p̄t in in sexta parte sub titulo de tempe aduentus dicitur. Non vacat etiã a misterio q̄ monachi se toto corp̄e ab oriente in occidentem girant. significantes deum vbiq; adorãduz. scie. quasi vbiq; p̄ntez. Vel quia rationabili motu ab ortu nostre natiuitatis vsq; ad occasum mortis eum sequi tenemur. sicut et firmamentum naturaliter verritur ab oriente in occidentem. Hoc etiã quedam designat ecclie in quibus dicentes Gloria patri se inclinant ad orientem. & subdentes. Sic erat et̄ se verrunt in occidentem. Denotio enim in diuinis officijs est seruanda. Quia v̄to monachoz officium ad nos non p̄tinet ad p̄ns de illo sufficiat hoc dixisse. Vltio nota q̄ monachorum ordo figuratur cherubin q̄ inter angeloz ordines eximior predicatur habere p̄batur. Nam sicut cherub. n. ita et̄ monachi sex alis velantur. dicente scriptura. Sex ale vni & sex ale alteri. Due quidem in caput. quo caput regitur demonstrant. Illud vero tunice quo brachys extenditur. siue dextera et̄ leua. Alias duas dicimus esse alas. & an̄ & retro alias duas. & sic illud quo corpus regitur sex alaz numerum implere asseritur. Habitus quoq; eoz habitum imitat̄ sc̄oz. De helia namq; legitur vir pilosus. & zona pellitia accinctus renib;. & de ipso & d̄ illis similibus dicit apostolus. Circūmerunt in melotis & in pellibus. capnis. et̄ de iohanne baptista inquit euãgelista. Zona pellitia circa lumbos. Ad hoc cuculla monachorum sumpta est a collobijs apostolorum. que vt dalmatica formabant. et̄ in ei. forma crucis p̄ferrebat. q̄ illi se vicijs & ocupiscencijs crucifigebant. eius nigredo est mōi ot̄empti. longitudo perseuerantia in bono.

Sunt nonnulli qui esdre ordinem sequentes. de quo in p̄ncipio h̄ p̄tis dictum est. matutinas lau:

des a nocturnis diuidunt. illas fore per se officium asserentes. mane aurora rutilante illas dicentes. put in t̄ieu. p̄ximo dictum est. tali namq; hora cristus victor a mortuis resurrexit. Vnde marcus surgēs ihesus mane prima sabbati. Vel saltem eius resurrectio in matutino notificata est. Tali etiã hora supra mare ambulauit. Merito ergo in hac hora laudandus est. vt ipse qui nos p̄ suaz sanctam resurrectionem saluauit. sup̄ mare huius seculi nos ire faciat. sicco vestigio sic petrum. Hac etiã hora mundum et̄ angelos creauit. qui statim p̄ ost creatōem suam cantico laudes creatori sue iubilauerunt. Laudes ergo matutinas rubescēte aurora dicunt. sc̄z i quarta vigilia quã lucifer totã illustrat. Qui et̄ matutinus dicitur. a mane quod est lumen. q̄a nobis lumen mane reducit. ad coronam glorie obtinendam. Iuxta illud non sit vobis vanum mane surgere ante lucem. q̄ p̄misit dominus coronã vigilãtibz. Quid aut̄ significet tempus matutine laudis. dicitur in p̄ncipio precedentis tractatus. Dicitur autem laudes q̄ illud officiu laudis. precipue sonat diuinam. quaz ei facimus. p̄ eo q̄ a terebris erroris. nos ad lucem. seu viã veritatis reduxit. & ad temptacōes d̄paboli repellēdas. Vnde psal. xxvj. Exp̄giscimini et̄ laudate qui habitatis in puluere. quia res lucis est. De hoc matutinali officio dicit̄ p̄pha. Ad te de luce vigilo deus. Sane matutinũ et̄ vesp̄tinum officium ideo canimus. quasi domino iuge sacrificium offeramus. Offerebant enim domino in ve. te. iuge sacrificiũ. a mane et̄ vespere. Sed vesp̄tinum dignius erat matutino. quia piguius vt iudei dicunt. put sub vespis dicitur. Nos aut̄ p̄ matutinũ officium intelligimus legem. p̄ vesp̄tinũ saluatoris passionem. qui in vesp̄ra mundi sc̄z in sexta etate obrulit se deo patri p̄ nobis. Vnde eleuatio manuum in mearum sacrificium vesp̄tinum. Respondet aut̄ hoc sacrificium illi. q̄ ibi p̄s. ponunt̄ sub quinq; distinctionibus. per gloria patri sicut et̄ hic. Item ibi & hic imnus cumlectioe et̄ versiculo. ibi etiã canticum mane. et̄ hic canticũ zacharie. Quia vero officium vesp̄tinum dignius est p̄ter rem digniorem. quam significat omnia in maioribus solennitatibus. & in vesp̄tino solennius cantamus. q̄ in

matutino respōsorium interponētes Iſido.
dicit in libro ethimo. q̄ officium matutinū
est in lucis initio sic appellatum a lucifero q̄
oritur mane inchoante ut dictum est ¶ Hoc
officium laudum plenum est laudibus put
dictum est in p̄ncipio precedētis ti. ad quas
sacerdos per versum quem premitit excitat
auditores qui est quandoq̄. In matutinis
meditabor in te q̄. Excelsus sup omnes
gentes dominus ¶ Alius et deinde diuinū
imploret auxilium dicens Deus in adiu. m.
inten. ¶ Postmodum chorus ad idē festi
nans auxilium in summa trinitate glorificat
deum dicens Dñe ad adiu. me festina Glia
patri Deinde antiphona inchoat. Circa qd̄
notandum est q̄ quedam ecclie in dominicis
que sunt a prima dñica post ephiam vsq̄ ad
septuagesimaz. et ab octaua penth. vsq̄ ad
aduentum dñi. canunt ad laudes Alleluia
loco antiphone p̄ omnibus psalmis Tum
quia ut premissum est hoc officium laudibz
est plenu Alleluia em̄ laus est anglica Tum
quia ut dñici dies resurrectionem domini re
p̄ntant Sicut ergo in tempe pascale. qd̄ est
resurrectionis alleluia multiplicat. sic merito
et in eis debent multiplicari ¶ Et est atten
dendum q̄ in dominicis. que sunt ab octaua
ephie vsq̄ ad septuagesimaz. canūt alleluia
Iuxta cantum quarūdam antiphonarū. ad
natiuitatem dñi p̄inentium In dominicis
vero que sunt ab octaua penthe. vsq̄ ad ad
uentum cantant alleluia. iuxta cantum feri
alium antiphonarū. que dicunt ad bñdiciū
et de ipso sumuntur Quia igitur in singlis
dñicis p̄ varietate antiphonarū ipsaz etiam
cantus in Alleluia variantur. ideo iuxta bre
uitatem vel p̄lixitatem cuiuslibet antiphone
iuxta cuius cantum canitur. multiplicatur
vel minuit in singulis dñicis numerus alla
Ad hoc ideo certus numerus in alleluia nō
p̄figitur. qm̄ deuote anime certus numerus
vel modus. in laudando deum p̄figi non
potest ¶ In alijs vero ecclis psalmi in oibz
dñicis ad p̄mos tres ps̄. loco antiphōe. q̄
ad intonandum ps̄. bis canūt alleluia. ad
insinuādum q̄ in dei laudez ex caritatis fer
uore p̄cedunt Nec cantant illud iuxta alie
antiphone cantum. ad notandum q̄ iuxta
apostolum caritas non emulat Ad psalmū
vero Benedicite cantant antiphonam tres

pueri cui nec iubilus nec alleluia subicitur.
p̄pter rationes infra scriptas. Ad psalmum
vero laudate dominum. ter dicunt loco an
tiphone alleluia. non iuxta alie antiphone
cantum. h̄ dum taxat ad inchoandum ps̄.
Ter aut̄ dicitur Primo quia respō det tribz
ps̄. sub ipso ps̄. Laudate orentis Secundo
p̄pter triplicem ordinem iustoz deū laudan
rium. de quo infra dicit ¶ Porro in laudibz
matutinis quinqz psalmi dicuntur. ut quinqz
sensuum recuperatio notetur. et p̄pter quinqz
status ecclie Primus psalmus est Dominus
regnavit. i quo laudatur deus qui firmavit
orbem terre. scz in fide et in resurrectione. ideo
hic psalmus p̄inet ad regnum xpi Secundu
est iubilate. qui p̄inet ad cōfessores. Vñ ibi
dicitur Introite portas eius in cōfessione Et
recte incipit a iubilo. qm̄ cōfessio valde plac
deo Tertius est Deus deus meus. et q̄ sig
nificat statum martiz qui s̄tiunt ad dominū
Vnde dicit ibi S̄tiuit aia mea. et quoniam
tota nostra sitis est et intentio esse d̄. in trini
tate. et ad trinitatem. ideo seq̄tur ps̄. Deus
miseretur nostri. in quo tota trinitas notat̄
dum ibi dicit. Bñdicat nos deus deus n̄r. ¶
Dicitur em̄ ter deus. p̄pter patrem et filium
et s̄. Quartus est canticum trium p̄ueroz
Bñdicite quod est danielis. c. iij. significans
statum antixpi. ut iam dicitur. et in fine h̄
ps̄. non dicitur Gloria patri Primo q̄ p̄
cōfessionem fidei. p̄iecti sunt tres p̄ueri in ca
minum ignis. in quo factio maxime deo et
trinitati derogatum est Secundo q̄ ultim
versus illius ps̄. idem dicit qd̄ Gloria patri
et in diuinis scripturis nihil debz sup̄uacnū
esse Tertio q̄ in illo ps̄. distincte tota trini
tas notificatur et laudat̄ deus in creaturis
Rursus dum ps̄. iste dicitur nec sedere. nec
flectere gen̄a debemus. sicut dicit sub sab
bato quatuor tempum p̄me ebdomade qua
dragesime Quintus ps̄. est laudate dñm in
quo status ille notatur qm̄ post mortem anti
xpi ouertentur iudei. ut iam dicit. et in fine
eius dicitur Gloria patri. ad ostendendum
q̄ per bonam opationem sociabim̄ angelis
qui incessanter deum laudant ¶ Potest etiā
dici q̄ in laudibus octo ps̄. dicuntur quia
officium istud mistice recolat statum ecclie
ab initio apostolice stabilitatis vsq̄ ad per
fectionem electoz qui in fine mundi futuri

771
sunt sub quo statu octo ordines ecclesie si ue
electorum in ecclesia sancta per baptismum
saluari capiuntur. sic et in arca noe octo aie
illos significantes per aquam saluate sunt.
Per diluuium enim baptismus. p. arca; vo
ecclia significatur. Primus ordo fuit ecclesie
primitiue in iudaico populo ouersantis. q.
per xpi predicacoez reformata et edificata est
sicut monstrat ille pmus ps. Dns regnauit
in primo eius versu. ubi de saluatoris rono
et ipsius agitur potestate. In secundo versu
agitur de fundacoe ecclesie que tuc cepit fieri
super istud fundamentum quod est xps. Iuxta
apostolum De quo etiam fundameto. in ti.
eiusdem psalmi habetur Cantatur ergo hic
psalmus in laudibus. q. orinet laudes xpi
Secundus ordo fuit primitiue ecclie intratis
ad gentes. per predicacoez dñi et apostolorz
inonentium oem terram. et omnem gentem
ad iubilandum deo. quod monstrat secundus
psalmus Iubilate deo omnis terra Tertius
ordo fuit credentis gentilitatis. qua tertius
ps. Deus deus meus demonstrat offerre gras
et beniuolentiaz apostolorz uocatioi. Quartus
erit respicientis iudaici populi per Enoch
et heliam ouers. quez ille n. psalmus De
miseretur nostri. monstrat ad deum reu sum
poscere misericordiam eiz. et tunc gaudebut
se agnoscere uiam dei. quam in gentibus ee
agnoscent Quintus erit eoz qui futuri sunt
tempe antixpi. in cuius figuram precessit.
Nabuchodonosor quibus tribulauit scos
vtriusq; populi non tamen desistent bnd ice
deum. admittat trium pueroru. quos deus
liberauit de camino ignis. q. per illud quin
tum canticum Benedicite recolitur. Et em
tempe iusti purgabuntur uelut in camino ig
nis non tamen vrent. s. ibi accipient forma
auri Vnde iob. in apoc. Vidit pedes eius si
miles auricalco sicut in camino ardenti Vñ
rit sequit ille psalmus. et ppter tribulacoez
quaz designat antiphona illius sine alleluia
et ipse sine gloria patri cantat. Imnus autē
ipse tres habet distinciones. In prima inu
tantur superiores creature ad laudem creato
ris. scz que sunt supra celum. que in celo. et
que in aere. In secunda inuitant ad hoc crea
ture terrene. et que mouentur in aquis. In
tertia inuitantur omnes spūs et anime ut cū
omni creatura dñm benedicamus q. sic tres

pueri nabuchodonosor caminu ignis euase
runt sic nos dyabolum. et inferni incendiu
euasimus. Ceterum hoc canticum bene co
uenit diei dominico et cuiuslibet festiuo. quia
in prima die dominus vniuersa creauit. et
per suam resurreccoez postmodu inuolauit.
Ideoq; in ea die et in festis que resurreccoez
dominica imitantur dicit. in quo dei crea
ture ad creatoris laudes inuitant. Hinc etia
est q. eodem laudes sunt in dñicis et festiui
tatibus sanctorz et i tpe paschali. q. repñant
gaudia resurreccoez xpi et nostre Sextus
septimus et octauus erit eoz qui vniuersa
lucet ex tribus mundi partibus. scz ex Asia.
Africa. et Europa ouertendi et colligendi
sunt. qui post antixpi persecucioem et eius
mortem. maiore pace fruuntur vsq; in diem
iudicij. quam nunc habeat ecclia. Tunc em
erit senectus in misericordia vberi. In qua q.
ere triplex intelligitur ordo iustorum. scilicet
ouigati. orinentes et uirgines. quos Job.
Noe et Daniel expriment. Et generalit vñ
uersi sancti quibus aureola debetur. qui in
tribus mundi partibus de tribulacoe euadent
regnaturi cum sponso ecclie celebrabunt lau
dem dei que orinent in illis tribus psalmis
scz Laudate dominum de celis Cantate dno
canticu et Laudate dñm in scis. Querit
autem qre hi tres psalmi sub vna antipho
na et etiam sub vno. Gloria patri dicuntur.
Respondet ideo. qa premisi sextus septimus
et octauus ordines electoz sine aliquo inter
uallo simul erunt. et pariter glorificabuntur
orinent etia; isti tres psalmi triumphu de
mundo. carne et dyabolo. Et qm vnum sine
alio non habetur. ideo merito ouinguntur.
Queritur quare premisi duo psalmi. scz
Deus deus meus et Deus miseretur nostri
obinant et sub vno Gloria patri et sub vna
antiphona dicunt. Ad quod quadruplex est
responso. Primo q. psalmus Deus deus meus
significat situm ad deum. In ps. deus mise
reatur nostri trinitas notatur ut supra. Ad
significandum igitur situm et desiderium co
tinuum ad deum hoc fit. Secundo ad netan
dum q. ante persecucioem antixpi populus
credentis gentilitatis qui recolitur per ps.
Deus deus meus et iudaicel ppulus respiccoz
qui recolitur p psalmum Deus miseretur
nostri vnum erit in fide et post q. hi diu

erunt veniet antixpi tribulatio vt pmissum
est Tercio quia primus ps. illoz significat
dilectionem dei. Vnde ibi dicit Sicut in te
anima mea etc Secundus dilectionem pximi
Vnde ibi dicitur Cognoscamus in omnibz
gentibus salutare tuum. que ita onere sunt
vt vna sine altera in xpiana pfessione non
habeatur Quarto qz gratia quam ecclesia in
primo psalmo sitire videtur. in secundo col
lata esse monstratur Vnde ad gratia actionez
inuitatur cum dicit ibi Confiteatur tibi ppli
deus etc. Rursus ideo in fine ipsius psalmi
Deus deus meus non dicit Gloria patri. qa
in eo agitur de miseria humani generis Vn
ibi dicitur Sicut in te anima mea Non em oes
ps. de misericordis multis qz alijs aduersitatibz
tractantes laudat illum p illis. quod tamen
deberent Sed sequenti psalmo scz deus mise
reatur nostri subicitur Gloria patri qz in eo
agitur de misericordia dei. per quam generi
humano bona offerunt et mala remouentur
Ceterum predicti duo psalmi. et psalmus ille
Laudate dnm nunqz variatur ad designan
dum qz sine fide et desiderio trinitatis que i
premissis duobus psalmis vnitis exprimunt
a sine laude dei que p ps. Laudate designa
tur. nunqz xpianus esse debet Querit ergo
quare ecia in psalmo illo Jubilate ad iubi
landum nos inuitat et tn ipsa non iubilat.
Ad quod dici potest. qz officium laudum dni
resurrectionem significat que iam opleta in
capite scz in xpo. adhuc est in membris im
plenda. Ad notandum igitur qz iam in pte
impleta est non dicitur iubilus in fine anti
phonaz pfectim illarum que dicuntur super
psalmos in quibus fit metio de resurrectione
Est enim iubilus cantus spe glorie oceptus
Quia vo resurrectio adhuc in membris im
plenda est. ideo in quibusdam antiphonis
iubilus dicitur Vnde et in tempe pascale in
versiculis et responsorys et in alleluia iubila
mus. ppter nostram resurrectionem. quam
speramus. quam qz no videmus nec adhuc
plene exprimece possumus. ideo p voces non
significatiua iubilam? In antiphonis ergo
non fit iubilus ppter resurrectionem domini
que impleta est. nec etiaz in antiphonis lau
dum in quaz psalmis mentio fit de resurrec
tione dni. vt in tribus primis psalmis. n. in

fine antiphone quarti ps. qz nabuchodono
sor videns tres pueros in camino ignis po
sitos vidit et quartum cum eis scz xpm eos
solantem Qui em sunt in tribulatione hic
solum orant ne deficiant. et potius est tunc
locus timendi qz sperandi Ideoqz in fine an
tiphone huius psalmi non dicitur iubilus.
pfitz qa in tribulacoe sanctorum gloria dei no
apparet. Sed in fine antiphone qz dicit sup
psalmum Laudate dnm dicitur iubilus. qa
in illo non fit mentio de resurrectione. sed de
spe glorie quam expectamus ex qz est iubilus
De hoc iubilo dictum est in pphemia huius
partis ¶ Porro primus psalmus laudum in
dominicus scz Dns regnavit. qui est psalmus
letitie omutatur in ferijs ps. Misere mei
deus. qui est ps. pniahs Circa qd notandum
est qz dies dominici et festiui recolunt resur
rectionez sanctorum qui fuerunt ab initio et
erunt vsqz in finem seculi Vnde in dnicalibz
et festiuis laudibus recolentes regnum dni
post eius resurrectionem a morte corporis huc
gloriam resurrectionis electoz carimus ps
